Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



bra semper inducat. & q̃ hominem faciat occidere: atq; interire peccatis.
Nam sicut lux orientis est: in luce autem uite ratio versatur: sic occiden
tis tenebre sunt: In tenebris autem mors & interitus continetur. De
de alteris partes eadem ratione dimensus est: meridiem ac semp septentrio
nem: que partes illis duabus societate iũguntur. Eam q̃ que est solis calore
flagrantior: proxima est: & coheret oriente. At illa que frigoribus & ppe
tuo gelu torpet: eiusdem est. cuius extremus occasus. Nam sicut contra
rie sunt lumini tenebre: ita frigus calori: ut igitur lui calor est proximus
sic meridies orienti: ut frigus tenebris: ita plaga est septentrionis occasui.
Quibus singulis partibus suum tempus attribuit. Ver scilicet oriente:
Estatem meridiane plage: Occidentis autumpnus est. Septentrionis hi
bernus: In his quoq; duabus partibus meridiana & septentrionali figura vi
te ac mortis continetur: Quia uita in calore est: mors in frigore: Sicut
autem calor ex igne est: ita frigus ex aqua sed in harum partium dimensionem.
Diem quoq; fecit ac noctem: qui spatia & orbes temporum ppetuos ac no
biles: quos vocamus annos: alterna p uices successione conficiant. Dies: quem
primus oriens subministrat: dei sit nece est: ut omnia quecunq; meliora
sunt. Nox autem: quam occidens extremus inducit: eius scilicet: quem
dei esse emulum diximus. Que duo etiam p in hoc prescius futurorum
deus fecit: ut ex his eruere religionis & falsarum superstitionum imagi
quedam ostenderetur. Nam sicut sol: qui oritur in diem licet sit unus
unde solem esse appellatum: Cicero uult uideri q̃ obscuratis sideribus
solus appareat: tamen quia verum & pfecte plenitudinis lumen est: &
calore potissimo & fulgore clarissimo illustrat omnia: sic in deo licet
sit unus: & maiestas & virtus & claritudo pfecta est: Hoc autem quam pa
uo architecto illi dicimus attributum: eius ipsius multas & varias religio
nes p similitudinem demonstrat. Quas si stelle innumerabiles micare
ac radiare uideantur: tamen quia non sunt plena & solida lumina: ne
caloris preferunt quicq̃. nec tenebras multitudine sua vincunt: Duo
igitur illa principalia inuenimus: que diuersam & contrariam sibi
habent ptatem calor & humor: que mirabiliter deus ad sustentandam
& gignendam omnia excogitauit. Nam cum virtus dei sit in calore
& igni: nisi ardorem uimq; eius admixta humoris & frigoris mate
ria temperasset: nec nasci quicq̃ nec coherere potuisset: qn statim con
flagratione interiret quicquid esse cepisset. Vnde & phi quidam &
poete discordi concordia mundum constare dixerunt: sed rationem
penitus non indebant: Heraclitus ex igne esse natam omnia dixit: